



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

2. Miræ plantarum & animalium Metamorphoses.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

CAPVT LX.

An, & quomodo diabolus possit creaturas in monstra conuertere?



Uperest tertius modus, quo diabolus non jam se ipsū, neque eos, quos possidet monitricos facit, sed homines & ceteras creaturas viderur reipsa ac verè in monstra mutare. Satis enim monstrosus est, si animal ali- quod de vna specie in aliam transformatur: quod num fiat, & quo modo fiat, aut non fiat, tamerli suprà, cū de rege Nabuchodonosore ac statua salis ex coniuge Lot facta differe- remus, obiter perstrinximus, hīc ramen tanquam suo loco, pluribus meritò discutiendum est. Atque in primis non qua- rimus, an substantiam aliquam cacodæmon creare possit, sed de mutatione, quæ ad subiectum ordinem dicit. Creatio non fit ex subiecto, sed ex nihilo; quare, cū in agente infinitam potentiam exigat, nulli spiritui creato tribui potest. Quæri- mus ergo an Stygia arte, substantia ex subiecta materia pro- duci, & homo in bestiam, vel bestia in hominem mutari possit, aut vna bestia in aliam? Nec ratio deest pro hac sententia, nec experientia. Ratio est illa, quòd cælum possit producere viuientia, quæ dicitur eminenter continere; cur igitur & spiri- tibus ea potestas negetur, qui sunt longè cælestibus corpori- bus eminentiores? Experientiæ autem præter Nabuchodono- forem, & vxorē Lot, agminatim possunt recenseri taliū trans- mutationum, vel à magis factarum. Sed his aliæ sunt experi- entia præmittendæ, quæ cū sint opera naturæ, stupendis metamorphosis, hominis quoque in brutum, aut bruti in hominem metamorphosin videntur probare.

Quòd si enim concessa mortalibus facultas est, efficiendi vt rosas proferat cerasus, vel brassica poma, cur non idem con- tingere possit in sentientibus?

*Quin & candidibus scētis (mirabile dictu)
Truditur è sicco radix oleagina ligno.
Et sape alterius ramos impunè videmus*

Ppppp 3

Vertere

I.

Vide S. Tho-
mam 1. p. q.
44. a. 1. & q.
45. a. 1. & 5.

II.

Virgil. lib. 2.
Georg.

Vertere in alterius, mutatamq; in sita mala

Ferre pyrums, & prunis lapidosa rubescere corna.

Si humana virtute ferrum in chalybem, argentum in aurum vertitur, inquit Bodinus acerrimus huius sententiae propugnator, quis demonem viribus tam imbecillum esse sibi persuadeat, ut hominem in bestiam commutare nequeat? Narrat Scaliger, folia arborum iuxta Iuverniam fluvium sitarura, si in flumen decendant, pisces fieri; si humum petant, ex ijs terrestria quaedam animalia gigni. Apes ex cadauere bubulo, ex equi crabrones, ex cancro scorpionem generari vel Poeta canit.

Ouid. lib. 15.
Metam.

*Nonne vides quasung, mora, fluidaq; calore
Corpora tabuerint, in parua animalia verti?*

*I, quoq; delectos maceratos obrue tauros
(Cognita res v'su est) de putri viscere passim
Florilega nascuntur apes.*

Et paulò post. *Pressus humo bellator equus crabronis origo est.*

*Concava listoreo si demas brachia cancro,
Cetera supponas terra, de parte sepulta
Scorpius exibat, caudaq; minabitur unca.*

Aristoteles Peripateticæ Philosophiæ author, papiliones ex erucis, has ex virentibus folijs, maximeque ex brassica nasci eum experientia docet. Primum, ait, minus quid milio consistit in folio, mox vermiculi inde contrahuntur & accrescunt, tum intra aridum erucula efformantur, qua aucta motu cessant, suaq; forma immutantur, appellanturq; tantisper chrysalides, quasi aurelias dixeris. Duro sunt intacta putamine, ad tactum mobiles, membris araneosis obducta, non os, non aliud ex membris, quod conspicuum sit, possident. Longo post tempore putamine abrupto enolant, inde animalia pennigera, quos papiliones vocamus. Et paulò infra. At ex quodam verme grandiore, qui velut cornua gemina protendit, primum toto immutato, eruca, deinde, qui bombyx appellatur, ex quo necydalus, inualidam dixerim. Quæ varia formarum successio in semestri temporis spacio complexur. Mira de animali quodam terrestri, apud Iaponas, Pererius refert. Est illud corporis magnitudine figuraque non dissimile cani, mollissimo pilo, & suauissimis ad edendum carnibus. Hoc certo anni tempore
vehement.

Benedict. Perer. in Daniel.
1. comment.

vehementer appetit, & frequentat mare; in quo identidem natans & se se mergens, membratim fit piscis. Tandem exuta prorsus terrestris animalis figura in piscis similitudinem & naturam commutatur. Cum igitur res interitui obnoxia tantis polleant viribus, ut una res in aliam vertatur, non videtur ea vis dæmonibus neganda, qui potentia cuncta, quæ terræ ambitu comprehenduntur, longo post se interuallo, relinquunt.

His naturalibus rerum commutationibus accedunt maris in feminam, & feminæ in mare transformationes, quas nullus, nisi omnem historiæ fidem abnegare velit, inficias iuerit. Cænis femina, apud Ouidium, in Cæneum virum, in puerum Iphis puella mutata est.

*Tiresias angues baculi violauerat ictu,
Deq; viro factus (mirabile) femina septem
Egerat autumnos,*

octavo autem rursus, visis & percussis anguibus iisdem,

Forma prior redijt, genitinaq; venit imago.

Ac ne hæc ut fabulosa explodantur, puerum ex virgine factum Paulo Licinio Crasso, & C. Cassio Longino Coss. in publicis Romanorum annalibus annotatum esse, & à Mutiano Consule pro vero sibiq; explorato accepisse, & à seipso in Africa manifesto exemplo compertum, memoriæ prodidit Plinius. Ex recentioribus quoque historiographis narrat Fulgosus, sua ætate, regnante Neapoli Ferdinando primo, duas Ludouici Guarnæ Filias Franciscam & Carolam post decimum quintum ætatis annum sexum mutasse, mutatoq; habitu pro maribus habitas Franciscum & Carolum deinceps nuncupatas fuisse, cuius exempli Petrus Fonseca meminit, & alterius similis Sotus de quodam qui ex femina factus fit vir. Vnde argumentum ducunt, putantq; non minus arduum esse, virum in feminam, quàm hominem in bestiam mutare; quasi scilicet femina à viro non plus; quàm bestia ab homine discreparet.

Rursum ait Bodinus, *transmutationem hominum in bestias agnouerunt Pomponatius, Theophrastus, Paracelsus, principes suæ ætate Philosophi, Herodotus author antiquissimus, Hemerus poeta-*

11173

III.

Ouid. lib 10.
p. & 15 Metæ.

Petr. Fonseca
in 5. Meta-
phys. Sotus
in 4. d. 1. q. 50
art. 8.

IV.